

annis eundo , redetundoq; vix tandem &  
cum pudore sunt emensi, jam qui cespita-  
runt, qui corruerunt, qui omnino ab an-  
gusta semita ejecti, deturbatiq; sunt, quot  
miriadibus numerabimus ? Illi verò qui  
sectæ alicuius nomen, qui ingenii aliquam  
scintillam , qui opus aliquod saltem non  
supervacuum, qui turbæ imitationem,  
qui epitaphii elogium viam salvificam  
credunt, tot tantiq; sunt, ut lachrimas ci-  
tius nobis quam verba eliciant. At Pro-  
metheum miseratus Hercules, laudabili  
dolo aquilam occulte sequitur , & in ipso  
scelere, volatili arundine conficit. Egre-  
giè, astutissima ea erat, nec nisi in penetra-  
libus humani corporis indaganda, appe-  
titu, non qui foris in lingua, sed conscienc-  
tiæ notus prodenda, deniq; inter Promæ-  
thei dolores deprehendenda: Telū hoc a-  
mem⁹ Divinę irę tonitru, quod relapsuros  
inclamat, cohibet, & tremefacit, corp⁹ sic  
solvit, ut posthac vita nō placeat nisi Deo  
profundēda, ars nō arrideat, nisi quę è cæ-  
lo; voluptas nō titillet, nisi quæ ex Christi  
vulne-